



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

29. An Metropolitani possint dispensare cum Episcopis suffraganeis? Ex p.
8. tr. 3. res. 13.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

De Dispensationibus. Ref. XXVIII. &c. 191

copos possit dispensare vbi specialiter dispensatio non est illi prohibita.

4. Sed haec omnia mihi non placent, nec amitto quod Episcopum in sua Diocesi id quod potest Pontificis ultra in toto orbe: licet aliquid ei prohibitum non sit, nam vi recte obseruat P. Amicus tom. 5. de Iust. disp. 6. stat. 4. num. 6. & ali. & pater ab experientia, multa inter quibus Episcopi non possunt ex vi ordinaria potestatis dispensare, etiam si eorum dispensatio ex parte eius prohibita non sit. Et ideo communis, & re-cepit sententia est Episcopos non posse ex vi sua potestatis ordinariarum dispensare in legibus Pontificis, nisi expetescet, vel tacite hoc eis fuerit concessum. Quia cum nullum ius inferior habeat in voluntatem superius, non poterit illum renovare, nisi per potestatem ab ipso superiori concessam. Atque ex vi ordinaria potestatis quam inferior accipit ad subditos gubernando, nullam accipit, neque explicitam, neque implicitam potestatem dispensandi in omni lege, & voluntate superioris: nam eam tantum potestatem censuram implicite a superiori cum ipso officio gubernandi accipit, qua necessaria est ad rectam suauem subditorum gubernationem: ad hanc autem necessaria non est potestas dispensandi in omni lege, & voluntate superioris, quin potius ad rectam gubernationem pertinet, non posse inferiorem cum suis subditis dispensare in omnibus, in quibus potest superior, vi debita subordinatio inferioris cum superiora que ad rectam gubernationem necessaria est, meus, arduique concuruetur.

5. Ceterum in quibus casibus possit inferior vi for ordinaria potestatis dispensare in lege superioris, optimè declarat Caetanus 1. 2. ques. 97. art. 4. Nam primum dispensare potest circa ea, quorum dispensationem, vel ius, vel recepta consuetudo illi concedit. Secundum, dispensare potest circa leua: cum non sit tamen confusum, nec iuxta Principis voluntatem, aut etiam, & suauem gubernationem, vt semper pro leibus ad superiorum recurratur, etiam si ad eum faciliter curitur. Tertiù, circa ea que frequenter occurrere solent, cuiusmodi sunt dispensatio in ieiunio, in festis celebrandis, & similibus: nam & graue est et Principi, & nimis difficultas reddetur gubernatio, & saepe limitatio esset autoritas gubernantis, si in huicmodi praecipuis dispensandis temper recurrandum esset ad ipsum Principe. Quartò, circa ea quae tanta propria sunt vniuersi Communitatibus, vt nullo modo convenienter aliis, nisi, inquit Caetanus, calus adeo sit notabilis, vt meritò sit superior consulendum. Ratio vero huius quartae concessionis citata comoniter assignatur, quoniam ea, que sunt propria minus communitatibus sunt magis nota, & perspecta immediato Gubernatori, quam supremo Principi, aut Prelato, ac proinde melius ipse, quam superior de iis indicare poterit. Vide Valentianum tom. 2. disp. 7. q. 5. pac. 1. etc. Suarez de Legibus lib. 5. cap. 4. Azorium tom. 1. lib. 1. cap. 15. ques. 7. Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 8. disp. 4. man. 1. & libro 8. disputatione 5. Salas in parte 2. ques. 97. art. 4. & altos penes ipsos.

RESOL. XXVIII.

An Episcopus possit dispensare non admonto Summo Pontifice, quem in casu pauperum suis sumptibus admoneo potest? Ex part. 1. trac. 10. Rel. 37.

§. 1. Negatue respondet Valsquez in p. 2. tom. 2. Adip. 178. c. 2. n. 16. quia in tali casu non appetit necessitas dispensandi, cum periculum non sit in igitur, & ad Pontificem recurre possit per litteras Epis-

copi, qui potest, & tenetur pauperum necessitati subvenire. Ergo, &c. Et hanc opinionem post Valquez amplectus est etiam Bonacina de legib. disp. 1. q. 2. pac. 1. n. 19. & ideo secundum hos Doctores, Episcopus non potest dispensare, quoties ipse potest Summum Pontificem per litteras certiorum facere, & paupertati partium, cum quibus dispensandum est suis expensis & redditibus occurre.

2. Sed haec opinio nimis onerosa videtur pro Episcopis: ideo contrariam sustinendam esse censeo: & illam docet Sanch. in sum. tom. 1. l. 4. c. 40. n. 39. & Salas de legib. disp. 20. pac. 3. num. 27. vbi sic assert: [Advertit Valquez, quoties Episcopus potest certiorum facere Pontificem, & paupertatem eorum, cum quibus dispensandum est, supplere, ut negotium ad Pontificem deferratur, dispensare non posse: nam, si hoc modo Pontifex consuli potest, qua ratione Episcopus in lege Pontificia dispensabit: Ego vero credo, Episcopum non teneri in impetrando his dispensationibus redditus suos consumere: poterit ergo dispensare ob paupertatem partium, cum ipse eam paupertatem supplere potest: & ita habet praxis, & leniente Doctores: nam sine illa limitatione doctent licitum Episcopo esse dispensare in necessitate, quando propter paupertatem partium difficilis est ad Pontificem aditus.] Ita Salas.

RESOL. XXIX.

An Metropolitani possint dispensare cum Episcopis suffraganeis? Ex part. 8. tr. 3. Rel. 13.

§. 1. Affirmatiuam sententiam tenet Auila, Hen- sup. hoc in- riquez, Sanchez, Molfesius, Barbola, Say- fra in tr. 3. rus, & alij quos citat, & sequitur Metolla tom. 2. disp. Rel. s. §. 2. 4. num. 140. Et ratio est, quia Archiepiscopus, seu Me- tropolitanus habet iurisdictionem ordinariam in suffraganeos, vt colligatur ex cap. suffraganeis, de elect. vbi Panormitanus num. 1. Quod ex eo etiam patet, quia potest illis praepice, codemque negligentes ad officium compellere, vt docent glosas in cap. Paforalia, & ibi Panormitanus num. 1. de offic. ordin. & colli- gitur ex cap. sollicitudinem, de appellat. & can. 1. 2. & seq. 9. ques. 3. Item potest illos excommunicare, vt colligatur ex cap. 1. fin. de offic. ordin. in 6. ergo multo magis poterit cum illis dispensare. Probatur conse- quentia, quia Episcopi suffraganei subdantur Archiepiscopo in sibi odiois, multo magis possunt subici in favorabilibus. Et confirmatur, quia Pralati Religionum, licet alias sint exempti a iurisdictione Episcoporum, possunt tamen ab eis dispensari in votis, iura- mentis, & aliis, & ut infra dicimus; ergo multo magis poterit Archiepiscopus dispensare, cum suffraganei 43. exēpti non sunt a iurisdictione ipsius.

2. Sed hunc casum non admittit Castrus Palau tom. 1. trac. 3. disp. 6. pac. 8. §. 3. num. 2. tum quia ex iure non constat haec potestas: tum quia non est necessaria. Nam vel dispensatio concedenda est in legibus Archiepiscopi, & his non ligantur Episcopi, ne- que illius suffraganei: & sic pro hi nulla est dispensatio necessaria; vel concludenda est dispensatio in legibus Pontificis, & Concilij generalis, & in his æquè omnibus inferioribus est interdicta dispensandi potestas. Quando vero Archiepiscopus cum suis subditis, in his dispensare potest, potest etiam Episcopus cum suis subditis, & tecum. Ergo nullo casu haec potestas necessaria est. Et idem est de votis, iuramentis & ir- regularitatibus. Ita Palau, cui addit Pontifilum 1. 8. c. 1. n. 10. & Suarez tom. 2. lib. 6. de Voto, cap. 11. n. 3. & Fagundez in Dec. tom. 2. l. 6. 41. n. 14.

RESOL.